



27
DISPUTATIO

D. XXV AUG. MDCCXCII

H A B E N D A.

Resp. KRAMER. Opp. KUNZE. LENTE.

LECTIONEM FABULARUM ROMANENSIVM
OBESSE ADOLESCENTI.

Thesis I Inter omnes constat, cuique adolescenti, qui sese per se ipsum instruere cupit, maxime legendo animum esse colendum.

Th. II. Non est omnino quidem vituperanda lectio librorum non tam instruendi quam delectandi causa scriptorum; nam juvenis remissionem animi quaerit, simulac rerum seriarum perpetua occupatione fatigatus est.

Th. III. Varium genus est librorum hoc consilio compositorum, ut poëmata, fabulae scenicae, romanenses etc., ex quibus eligendi potestas est.

Th. IV. Sunt vero in iis libris delectationis causa scriptis, cum libri utiles, qui et utilitatem et delectationem spectant, ut narrationes de itineribus, rebus gestis; tum libri quam maxime noxii, ut fabulae romanenses. Haec enim

Th. V. Non delectant vere factis; sed fictis, L.

Th. VI. Non solum taedium afferunt serioris studii, sed et L.

- Th. VII.* Tempus teritur, quod libris utilioribus legendis impendendum esset. ~.
- Th. VIII.* Voluptas illa, quae inde capitur, non delectat mentem, sed phantasiam. 4.
- Th. IX.* Longe aliter, quam est, naturam vitamque hominum fingunt, eaque ipsa re in errores adolescentem implicant, ex quibus non nisi damno suo expedire se, longa demum experientia edoctus, vix ac ne vix quidem potest.
- Th. X.* Ipsa continua lectione hae fabulae et incitant animum, et corpus lucubrando et sedendo infirmant. 5.
- Th. XI.* Reperiuntur quidem et bonae hujus generis fabulae, quae utilissimi et gravissimi sunt argumenti sive historici, sive philosophici, sive politici, sed juveni has ipsas, sive cognoscendi, sive deligendi, sive legendi occasio saepe deest.
- Th. XII.* Fabulae argumenti historici hactenus etiam obsunt, quod falsae de veris hominibus et rebus gestis notiones animo imprimuntur, errorque cum veritate varie miscetur.
- Th. XIII.* Ergo quam maxime est fugienda repudiandaque haec lectio, quae praeterea neque in communi vita neque alias ob causas facile requiritur.




ULB Halle

3

005 505 992







27

DISPUTATIO

D. XXV AUG. MDCCXCII

H A B E N D A.

Resp. KRAMER. Opp. KUNZE. LENTE.

LECTIONEM FABULARUM ROMANENSIVM OBESSE ADOLESCENTI.

- Thesis I.* Inter omnes constat, cuique adolescenti, qui sese per se ipsum instruere cupit, maxime legendo animum esse colendum.
- Th. II.* Non est omnino quidem vituperanda lectio librorum non tam instruendi quam delectandi causa scriptorum; nam juvenis remissionem animi quaerit, simulac rerum seriarum perpetua occupatione fatigatus est.
- Th. III.* Varium genus est librorum hoc consilio compositorum, ut poëmata, fabulae scenicae, romanenses etc., ex quibus eligendi potestas est.
- Th. IV.* Sunt vero in iis libris delectationis causa scriptis, cum libri utiles, qui et utilitatem et delectationem spectant, ut narrationes de itineribus, rebus gestis; tum libri quam maxime noxii, ut fabulae romanenses. *Hae enim*
- Th. V.* Non delectant vere factis; sed fictis, *ℓ.*
- Th. VI.* Non solum taedium afferunt serioris studii, sed et *ℓ.*